

SACRÆ MAJESTATIS
ROMANORUM IMPERATORIS ,

AC HUNGARIÆ APOSTOLICI , BOHEMIÆQUE
REGIS, ARCHIDUCIS AUSTRIÆ &c. &c.

DOMINO EQUIITI

FRANCISCO PESARO

CONSIGNANDUM.

Sacræ Majestatis Romanorum Imperatoris, ac Hungariæ Apostolici, Bohemiæque Regis, Archiducis Austriæ, Domini Nostri clementissimi nomine Domino Equiti Francisco Pesaro hisce perbenigne significandum. Magnam quidem semper sacratissimæ Majestatis de impensis a Domino Equite Patriæ Saluti, commodis, & gloriæ, indefessis curis, laboribus, & vigiliis fuisse existimationem. Sed mirifice illam adauctam fuisse, cum intelligeret, quam invicta constantia, fortique animo novissimo hoc tempore improbis facinorosorum hominum ausibus, quibus antiquissimam everterent Rempublicam, nullo ad rem familiarem, & fortunas suas respectu habito acerrime restiterit, intentum